



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

XXVII. De episcopis qui post acta Carthaginensis Synodi retenti sunt ad  
reliqua peragenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

374 INNOCENTIVS P. I. CONCILIVM HONORIVS THEODOSIVS IMP.

XXVII.

Item placuit, ne diutius vniuersi episcopi, qui ad Concilium congregati sunt, tenerentur, ab vniuerso Concilio ternos iudices de singulis prouinciis eligi. Et electi sunt de prouincia Carthaginensi Vincentius, Fortunatianus, & Clarus: de prouincia Numidiæ, Alypius, Augustinus, & Restitutus: de prouincia Byzacena, cum sancto sene Donatiano primate, Cresconius, Iocundus, & Æmilianus: de Mauritania Sitiphensi, Seuerianus, Asiaticus, & Donatus: de prouincia Tripolitana, Plautius, qui ex more legatus vnu est missus, qui omnes cum sancto sene Aurelio vniuersa cognoscant.

Conc. Afr.  
cap. 94.

A quo petiit vniuersum Concilium, ut cunctis siue gestis, quæ confecta iam sunt, siue epistolis ipse subscribat. Et subscriperunt. Aurelius episcopus ecclesie Carthaginensis, huic decreto consensi, & perleeto subscripsi. Donatianus Teleptensis primæ sedis subscripsi. Augustinus Hipponæ Regiensis subscripsi. Similiter & omnes episcopi subscriperunt.

EPISTOLA  
CONCILII MILEVITANI  
AD INNOCENTIVM PAPAM.

De cohibendis Pelagianis.

Domino beatissimo, meritoque venerabili & in Christo honorando papæ Innocentio, Siluanus senex, Valentinus, Aurelius, Donatus, Restitutus, Lucianus, Alypius, Augustinus, Placentius, Severus, Fortunatus, Posidius, Novatus, Secundus, Maurinius, Leo, Faustinianus, Cresconius, Innocentius, Felix, Antonius, Gigantius, Cresconius, Adeodatus, Processus, Secundus, Fe-